Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem
qui deuorant plebem meam sicut escam panis.
Dum non inuocauerunt illic trepidauerunt
timore. ubi non erat timor.
Quoniam ds in generatione iusta est consilium inopis
confudistis quoniam dns spes eius est.
Quis dabit ex sion salutare israhel cum auerterit
dns captiuitatem plebis suae exultabit iacob.
et letabitur israhel.

PSALMUS DAUID.

DNE QUIS HABITABIT IN TA
bernaculo tuo aut quis requiescet in
monte sancto tuo.
Qui ingreditur sine macula et operatur iusticiam
Qui loquitur ueritatem in corde suo qui non
egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum et opprobrium non
accepit aduersus proximos suos